



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vera Sapientia Virtvte Et Tranqvillitate Animi
Enchiridion DD. Evcherii Lvgdvnensis, Martini
Bracarensis, & Magni Wigonis, Antistitum**

Eucherius <Lugdunensis>

Martinus <Bracarensis>

Magnus <Wigo>

Monachii, 1639

Cap. IX. Animam Res Vanas amantem, fadè prostitui.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10188

*ANIMAM RES VA.
nas amantem, fædè
prostitui.*

1. **D**icant temporalia bona: si Deus sanauerit nos à morbo corruptionis, quid ages? in ipso v- su considera, in quo melior ex nobis fias, vel quid inde speres in posterum. Expertus es nos. Quid ergò? vis in nos mutari, an nos in te? quid tibi, & nobis? quid doles de transitu nostro? malum us in- terire, secundùm Domini vo- luntatem; quàm manere, se- cundùm tuam cupiditatem.

Nul-

Nullas tibi pro hoc amore
tuo referimus gratias; sed po-
tius, vt stultum, irridemus.
Cui enim potissimum obedi-
re debemus, Deo, an tibi?
Dic, si audes, nonne hoc est
verè tuum totum officium,
nos in putredines deuorando
conuertere? Hæc tua utili-
tas, hæc tua potentia, vt per-
te nostra sanies transeat af-
fluenter: non enim facere
vales, vt maneat hoc tuum
studium. Hæc tua beatitudo,
vt nostris non careas sordi-
bus, quibus amore succum-
bis, corrupte, & violan-
te per eas diabolo, non sine
sua voluptate magnâ, & gau-

dio

dio de tua deceptione, & in-
teritu. Quacunque forma
frueris, ea quasi masculus est
tuæ menti. Cedit enim, &
succumbit ei: & non ipsati-
bi, sed tu ipsi conformaris, &
assimilaris. Eiusdemque for-
mæ imago remanet impres-
sa, tanquam Simulachrum in
templo suo, cui non bouem,
non hircum, sed animam ra-
tionalem & corpus, id est, te
ipsum totum immolas, cùm
ea frueris.

2. Vide, quomodo, quasi
in taberna, amorem tuum,
quasi venalem prostitueris, &
ad mensuram munerum, pa-
riter ipsum hominibus im-
pen-

pendis. Nil in hac taberna accepit, qui nihil dat, aut datum speratur: & tamen, nec quod venderes haberet, nisi tibi, nil danti, gratis esset datum desuper: recepisti ergo mercedem tuam. Euacuatio & elongatio à Deo, præparat ad concupiscendum. Qui te in te frui vult, eas à te gratias meruit, quam muscæ & pulices, tuum sugentes sanguinem. Si hæc (quibus, in mente tua impressis, admiratione & amore, qui cultus soli Deo debetur, succumbis) in aliquo angulo domus, seu sculpta, seu picta, admiratione, seu amore, seu corporis in-

N clina-

clinatione venerareris, & in-
notesceret populo, quid de
te faceret?

3. Mulier, quæ propter
hoc non fornicatur, & dese-
rit proprium virum, quia nō
inuenit adulterum diu man-
surum, non vitat adulterium,
sed quærit diuturnum. Tu
autem ad mali cumulum
aperuisti penetralia mentis
tuæ omni transeunti, vt vel
momentaneis adulterijs fru-
eris, quia diuturnis, vel æ-
ternis non poteras. Hæc est
prosperitas prauitatis humanæ
summa, meliora se deserere,
id est, Deum; & minoribus se
intendere, fruendoque eis.

inhæ-

Tranquillitate animi. 211

inhærere; id est, temporali-
bus. Scarabæus, dum super-
uolat, cuncta intuens, nil
pulchrum, aut sanum, siue
durabile eligit; sed sicubi
stercora iacent fœtentia, eis
protinus insidet, spretis tot
pulchris. Ita animus tuus Cæ-
lum, terramque, & quæ in eis
magna, & pretiosa sunt, in-
tuitu peruolans, nulli adhæ-
ret; contemptisque omni-
bus, vilia multa, ac sordida,
quæ cogitanti occurruunt,
libens amplectitur. E-
rubescet ex his.

N 2 C A P.